

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

25. 464.

Breck. 1826

CHRESTOMATHIA SYRIACA

SIVE

S. EPHRAEMI

CARMINA SELECTA.

EDIDERUNT NOTIS CRITICIS PHILOLOGICIS HISTORICIS ET GLOSSARIO LOCUPLETISSIMO

ILLUSTRAVERUNT

AUGUSTUS HAHN,

PHILOS. ET THEOL. DOCTOR, IN ACADEMIA REGIOMONTANA P. P. O.

ET

FRIEDRICUS LUDOVICUS SIEFFERT,

PHILOS. DOCTOR ET THEOL. CANDIDATUS.

PRAEMISSAE SUNT OBSERVATIONES PROSODICAE.

LIPSIAE, MDCCCXXV

SUMTIBUS FRID. CHR. G. VOGELII.

464.

V I R O

SUMME VENERABILI ET CELEBERRIMO

E. F. C. ROSENMÜLLER,

PHILOS. ET THEOL. DOCTORI,
LITERARUM ORIENTALIUM IN ACADEMIA LIPSIENSI
PROFESSORI ORDINARIO ET REL.

PRIORIS EDITORUM ORE, UTRIUSQUE SCRIPTIS ET EXEMPLO, DOCTORI CARISSIMO,

HUNC LIBRUM

CONSECRAVERUNT

EDITORES.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

AUGUSTUS HAHN.

Non est profecto, quod editionem hujus *συλλογῆς* excusemus, quum, quod quidem nos sciamus, nulla hucusque Syrorum carmina hunc in usum typis expressa sint. Quare benigne Te opusculum nostrum excepturum esse fidenter speramus. Neque id agimus, ut alias, quae in manibus Tuis forte sunt, v. c. *H. A. Grimmii* *G. Guil. Kirschii* (cujus opus denuo a *Bernsteinio*, Viro clarissimo nobisque amico, edi comperimus), *Knösii* chrestomathias negligas; dif-

fert enim, licet Syrorum poëtae a consueta cogitandi scribendique Orientalium ratione haud magnopere recedant, prosa oratio aliquantum a poësi. Usui tamen juvenibus Syriacarum literarum studiosis fore hanc Ephraemicorum carminum *ἀνθολογίαν*, graves sunt rationes, quae nobis persuaderent. Quarum princeps est ea, quae viros doctos dudum commovit, ut carmina Arabum, Persarum aliorumque Orientis populorum, quorum linguas discere juvat, seligerent et quotidie seligant atque adolescentibus erectioris indolis commendent, qui ad haec studia animum converterunt. Huc accedit, quod hucusque praeter ea, quae Viri S. VV. et Clarissimi *I. G. Eichhorn* in *praefatione*, quam *Guilielmi Iones* Poëseos Asiaticae Commentariorum libris sex praemisit (Lips. 1777. 8.), et *Iohannes Chr. Guil. Augusti* in diss. *de hymnis Syrorum sacris* (Vratisl. 1814. 8.) ex *Assemani Bibliotheca Orientali* excerpserunt, et quae ipsi scripsimus in commentatione *de Bardesane Gnostico, Syrorum primo hymnologo* (Lips. 1819. 8.) et in diss. *de cantu in ecclesia Syriaca* (*Ueber den*

Gesang in der Syr. Kirche, ein Beitrag zur Geschichte des heil. Gesangs — in: Kirchenhistor. Archiv von *K. F. Stäudlin*, *H. G. Tzschirner* u. *I. S. Vater* für 1823. 3. Heft p. 52—106.), nulla subsidia juvenibus tradita sunt ad Syrorum poësin cum universam tum sacram hymnodiam cognoscendam, nisi adire velint ipsa Ephraemi opera, ubi tamen tirones carmina vix invenient, quum versus praeterquam in duabus precationibus (Opp. Gr. Lat. T. III. p. 605.) separatim non sint descripti. *Assemani* vero *Bibliotheca*, egregium quidem opus, et rara est inter juvenes et hujus generis parum habet. Sed, si quam aliam, Syrorum hymnodiam, celebratissimam olim, antiquissimam certe inter Christianos, noscere nostra interest. Deinde haec hymnorum collectio hoc efficiet, ut juvenes, qui ea utentur, celeberrimo Patrum Syrorum legendo assuescant et scripta intellectu difficillima intelligere discant. Quod quo certius assequeremur ita librum instruximus, ut ii, qui prima grammatices elementa cognoverunt, vel sine praeceptore eum adire possint, quum et annotationes textui subjectae

(quarum nonnullae e *P. Benedicti* versione s. potius paraphrasi petitae sunt) et glossarium locupletissimum lectionem promoveant. Suademus tamen tironibus, ut initium lectionis faciant ab hymnis VI—IX, quos excipiant XV. XVI. V. XIII., sequantur denique reliqui. Qui duce linguae rerumque perito gaudebunt, hoc consilio non egebunt, omnes vero intelligent, cur eum, quo collocata sunt carmina, ordinem secuti simus. Nullum hucusque, ne *Kirschii* quidem chrestomathia excepta (novam editionem nondum vidimus), librum Syriacum, quippe qui locos contineat non e versionibus S. S. repetitos, novimus ita adornatum, ut tirones sibi relicti facile eum intelligere possint. — Cognoscent, quibus cordi sunt hae literae, quantum lateat in Syrorum carminibus ad historiam religionis et ecclesiae Christianae, maxime Orientalis, illustrandam et existent forsitan plures, quod quam maxime optamus, qui donea linguae cognitione muniti ex hoc fonte uberrimo haurire possint. Plurimi quidem hymni adhuc in Bibliotheca Vaticana alibique la-

tent et quantum inde sperare possimus, ante aliquot annos amicus Romae versatus per *Scholzium* Theologum S. V. (utrique gratias habemus) nobis significavit. Scimus vero, ubi sint multi, qui velint et valeant, fore tandem, ut contingat nonnullis illos thesauros effodere et publici juris facere.

Quo rariores etiamnum sunt juvenes hujus ingenii et indolis, qui et vires suas et tempus his literis dicare velint, eo magis laetor juvene clarissimo *Friedrico Ludovico Sieffert*, Elbingano, quem vix discipulum, mox amicum et studiorum socium nactus sum et cujus assiduis laboribus et horum carminum editionem magna ex parte debeo et alios fructus mox acceptos feremus. Etenim quartam fere hymnorum partem criticis et exegeticis annotationibus illustravit et glossarii dimidiam confecit, ut alias curas taceam circa textum recte exprimendum, quas ii juste aestimabunt, qui unquam tales libros ediderunt. Eundem favorem, quem studiis nostris hucusque haud pauci significarunt, Tu,

B. L., in hoc junctarum virium opus ut conferas rogamus. Vale. Scripsi Regiomonti Borussorum d. IV. Calendarum m. Octobris anno MDCCCXXIV.

OBSERVATIONES PROSODICAE.

Egimus in commentatione de *Bardesane, Syrorum primo hymnologo*, ante hos quinque annos *de metris Syrorum* et de *scansione* et *licentiis metricis* (de his p. 39 sqq.), neque animus est denuo vendere, quae tunc communicavimus. Quum vero, quantum per negotia multa interim suscepta licuit, hoc lustro haud pauca carmina Syriaca legerimus, fieri non potuit, quin certius et accuratius nonnulla cognosceremus, quae huc pertinerent. Faciunt ea multum et ad carmina Syrorum legenda et ad metrorum rationes intelligendas, quare his, quae jam edimus, carminibus praemittere non dubitamus.

Est locus in grammatica Syriaca, cui inscribitur de lineolis *Marhetono* et *Mehagjono* (*J. D. Michaël.* grammat. §. XV.), et alius de iis, *quae vocalibus accidunt vel abjiciendis vel adsumendis vel transponendis et permutandis* (l. c. §. XXXII sqq.), neque tamen grammaticae Syr. etiamdum ea est ratio, ut lectores carminum, quorum nullus fere hucusque respectus habitus est, ad eam ablegare possimus. Non vero alia jam attingemus, quam *syllabas vel contrahendas vel*

distrahendas, neque etiam omnia, quae ad hos Grammatices locos, pertinent, complectemur, sed ea tantum exhibebimus, quae maxime necessaria videntur, ne lectores in carminibus recitandis haereant, reliqua vel aliis viris doctioribus vel nobismet ipsis, ubi melius informati de omnibus fuerimus, exponenda relinquentes, quum non *lexico* solum, sed *grammatica* quoque Syriacae linguae studiosi quam maxime indigeant. Erunt igitur observationes nostrae, et juvenum usui et eruditorum examini jam exponendae, bipartitae, aliae, quae ad *Synaeresin*, aliae, quae ad *Diaeresin* attinent, quarum haec lineola *Mehagjono* (مَحْجُونَا, *in syllabas dispescens*), illa lin. *Marhetono* (مَرْحِيتُونَا, *currere faciens, corripiens*) in libris scriptis significari solita est.

I. De Synaeresi, qua duae syllabae in unam contrahuntur ita, ut voces bisyllabae fiant monosyllabae, trisyllabae bisyllabae et s. p., quod Syri *lineola supra literam, quam vocali carere volunt, posita* significaverunt.

Solet vero Synaeresis auferre *non nisi vocales serviles*, id est eas, quae *loco Schva* in *primis*, *mediis* et *finalibus* vocum literis, vel *radicalibus* vel *servilibus*, et in literis *praeformativis* et *praefixis*, atque, quamvis rarius, in *afformativis* positae sunt, aufert tamen etiam *vocales radicales*, neque tamen omnes, neque promiscue. E carminibus sequentibus enotavimus haec exempla, quae rem illustrabunt.

1. Synaeresis aufert vocales initiales,

a) imprimis literae Olaph, easque

α) serviles v. c. ܬܠܬ̈ܝܢ (Thlē - nun) IV, 1, 8. cll. 7, 11. V, 47. 55. IX, 7. 5. XII, 6. 4. XVIII, 3. 4. 5. 7. 12. 14. 15. XIX, 4. (ubi vel ܐܢ, vel ܝܢ, vel ܐ *μονοσυλλάβως* enuntiandum). — ܕܡܪ (Dlo-mar) V, 25. cll. 39. (in initio versus ܐܡܪ ᵉmar) 41. XI, 4. 1. XV, 42, 1. — ܐܒܕ (ᵃbido) XI, 8. 6. — constanter in vv. ܐܒܕ, ܐܒܕܐ, ܐܒܕܝ (III, 15.), ܐܢܐ, cll. XI, 1. 2. ܒܪܟ ܐܢܐ, (Neneb dnoschutho). — ܐܣܟܡܐ (*σχῆμα*) X, 13. 6. cll. XIII, 2, 9. 5, 6. ܐܚܕ (*μονοσυλλ.*) XI, 8, 6. ܐܦܠܓ̈ (ᵃpolóje) XVIII, 5. cll. ib. ܒܫܡܐ ܐܦܠܓ̈ (Baschmod ᵃpolu) it. 6. — ܢܒܥ ܬܡܠ (nba'th mol) XVIII, 14. — ܐ ܐܘܢ̈ (Oph ᵃvóne) XIX, 1, 9. ܠܐ ܓ̈ܘܕ (Ljudoje 'tho) XIX, 5, 2. — ܐܒܕ ܐܘ (dahwo ᵃchho) XII, 1, 4. cll. XIX, 8. 13.

β) radicales, quod hucusque in sola particula ܐ animadvertimus v. c. ܐ ܚܢ (hochan'ph) X, 9. 3. cll. XI, 3, 4. 11, 3. (cf. *Bardes. gnost.* p. 40.)

b) alias aliarum literarum, easque

α) serviles:

ℵ) in literis *radicalibus* v. c. ܕ̈ܒܘܪ (Dᵒbúreh) VI, 1, 5. ܨ̈ܡ XVIII, 13, 5. — ܐܦܠܓ̈ XI, 2, 4. XII, 8, 2. 6. — ܒܓ̈ܡܐ XI, 2, 5. ܒ̈ܥ

ibid. 4, 4. ... XII, 10, 7. — ... XI, 9, 5. ... XIX, 8, 6. ... (Thubd'chh'tójauh). XI, 1, 5. — ... XII, 5, 2. ... XVIII, 23, 8. — ... (L^eschóneh) XI, 11, 2. cll. 5, 2.

ב) in literis *servilibus* v. c. ... (s^akúbloh) II, 8, 3. ... XI, 4, 2. 10, 3. 11, 3. XII, 4, 2. ... XI, 7, 6.

ג) in literis *praeformativis* et *praefixis* v. c. ... (Schabron'chres) XI, 2, 6. ... (Lon'hwe) ib. 11, 5. — ... (Manud n'zur) X, 13, 1. et ... ibid. 4. conf. XI, 5, 4. 7, 5. 8, 4. XII, 1, 6. — ... (Morjod'zbáuth) V, 39. ... (Emreu - n'kawótho) ibid. 57. ... (rabod dlo) XI, 5, 5. cll. XII, 9, 4. ... (Lamchahonuv - l'mamodu) XVII, 21, 7. Durior est pronunciatio vv. ... (machhschabthanb bzotho) XI, 10, 2. coll. 6, 2. 4. XII, 11, 2.

β) radicales v. c. ... et ... (Ch^asi) XII, 3, 5. 6. (Unicum tamen hoc exemplum in *Pael* deprehendimus, plura in *Ethpaal*, quae v. sub 2.) — ... (dm^eneh) XII, 6, 6. ... (m^enoch) 10, 2. (conf. *Bardes. gnost.* l. c.)

Not. 1. Huc etiam pertinent versus *ὑπέρμετροι* (de quibus v. *Bardes. gn.* p. 41.) v. c. XI, 3, 5. 6. cll. 8, 5. 6. XII, 1, 1. 2. (?).

Not. 2. Neminem offendat, audiri nonnunquam vocales, quae absorberi soleant, v. c. ܕܡܝܢ ܐܢܢ. I, 10. ܐܢܢ ܗܘ. XVIII, 8. — ܐܡܐ ܐܡܐ (vulgo ܐܡܐ ܐܡܐ h. l. trisyll.) XVIII, 12. coll. XI, 6, 5. IX, 2. 4. 6. 10. ܐܢܬ ܡܫܝܚܐ (quadrisyll.) XIX, 9, 2. — ܠܐ ܐܡܪ XV, 44, 3. ܐܢܐ ܒܥܝ ܠܟ XVIII, 12.

2. Synaeresis aufert vocales medias

a) in *verbis* conj. *Ethpaal* v. c. ܐܬܕܥ XI, 9, 2. ܐܬܚܟܡ ib. 3. coll. XII, 10, 4. ܐܬܪܚܡ XII, 8, 4. 6. ܐܬܝ 9, 2. ܐܬܚܟܡ XIII, 1, 5. Huc etiam refer ܠܐ ܡܕܝܥ ܐܬܚܟܡ XI, 10, 4., de quo versu pronunciando dubitavimus prius, pronique eramus ad enunciandum *Dlom'zjod thethbake*, jam vero tanta exemplorum copia edocti sumus, enunciandum esse *Dlo mazjod thethb^{a}ke.*

b) in *nominibus* et quidem prae ceteris vocalem *Zekopho*. Exempla haec habe: ܫܡܥܘܢ X, 4, 3. ܐܝܕ 8, 2. 10, 1. ܠܐܠܗܘܬܟ (Lal^{o}húthoch) XI, 2, 2. cll. XII, 2, 4. ܒܠܗܢ (bal^{o}han) XI, 3, 2. ܡܫܟܚܐ XII, 3, 2. ܙܥܘܪ 7, 6. ܫܡܫܐ 11, 4.

3. Synaeresis aufert vocales finales.

a) in *verbis*: conj. *Pael* (forte etiam Aph.) v. c. ܒܠܟ (dal^{e}ph) XII, 1, 2. ܓܪܓܬܐ (garg^{e}thoh) ibid. 11, 5. — *saepissime* in *partic. Peal act.* v. c. ܫܩܐ ; (Sob'rath cf. *Mich.* gramm. §. XLI.) XI, 4, 5. — et *pass.* stat. emphatici v. c. ܚܝܐ (ܚܝܐ) pronuncia *Paj^o*

XII, 3, 4. ܟܣܝܐ (casj°) 7, 2. ܓܠܝܬܐ (glith°) ibid. 4. ܪܦܝܐ (raphj°) 9, 3.

b) in *nominibus* status emphatici v. c. ܒܝܫܐ (bisch°) XI, 11, 6. (quam pronunciationem prius dubitavimus, quam plura exempla et nominum et adjectivorum participialium, quae sub a) collegimus, nobis occurrerent). ܦܓܪܐ (pagr°) XII, 7, 5. cll. 11, 5. (dlil°). — Dubitamus de enunciatione vocis ܫܡܐ, quia *legendum* esse putamus ܫܡܪ XI, 5, 6. et lectio v. ܟܟܒ 7, 4. etiam incerta videtur. Quod si negaveris, utraque huc referenda et *μονοσυλλάβως* pronuncianda erit.

II. De Diaeresi, qua literae cum una vocali in duas syllabas distrahuntur ita, ut voces monosyllabae fiant bisyllabae, bisyllabae trisyllabae, trisyllabae quadrisyllabae, quod Syri *lineola literae movendae* (vocalizandae) *subjecta* significaverunt.

Exempla pauca quidem sed certa haec sunt: ܟܬܒ II, 6, 8. coll. XI, 9, 4. XV, 29, 3. — ܟܬܒܐ IV, 4, 2. — ܩܕܡ XV, 11, 3. it. ܩܕ ibid. 4. — ܟܬܒ ib. 26, 4. — ܒܝܬ XVI, 14, 2. — ܡܕܡܪ 31, 4. cll. ܡܕܡܪܐ XVIII, 14, 6. — ܩܛܠ ibid. 23, 6. — ܩܛܘܠ XIX, 4, 1. — ܩܛܠܐ ibid. 6, 3. — Huc referendum etiam est ܟܬܒ II, 1, 10. nisi legere mavis ܒܬ.

Benigne has observationes suscipiant lectores et ad eas exigant illas notas, sequentibus carminibus subjectas, quae probant, nos, Syrorum institutione prorsus destitutos, nec illico nec simul omnia vidisse. Scripsimus enim haec, quum carmina dudum Lipsiam delata essent.

Pag. 169 lin. 2 lege ܐܰܡ̣ܰܬ.
— 170 — 21 — *senio.*
— 175 — 5 — *nota.*
— 177 — ult. — ܐܰܪ̈ܥ̣ܳܐ.
— 180 — 20 — ܐܰܬ̣ܳ
— 182 — 14 — ܒ̈ܥ̣ܳܐ.
— — — 17 — ܒ̈ܥ̣ܳܐ i. q. ܒ̈ܥ̣ܳܐ plur. XV. 35. debita, peccata.
— 183 penult. — ܒ̈ܥ̣ܳܐ.
— 187 — 2 — ܒ̈ܥ̣ܳܐ.

Pag. 152 lin. 2 lege ܟܕܡ̈ܬ.

— — — 4 — ܒ̈ܫ̈ܡ.

— 155 — 2 — ܒ̈ܫ̈ܟ̈ܠ.

— 156 — 1 — ܚ̈ܢ̈ܝ̈ܬ.

— 157 — 7 — ܟ̈ܡ̈ܢ̈ܬ.

— 159 — 18 — ܒ̈ܫ̈ܬ.

— 161 — 11 — ܚ̈ܡ̈ܬ.

In notis textui subjectis et in lexidio.

Pag. 3 col. 2 lin. 2 lege *conentur.*

— 15 — 1 — 14 — *templum.*

— 18 — 2 — 3 — *contrahendus.*

— 52 — 1 — 2 — *inertis.*

— 61 — 1 — 4 — *imminuuntur.*

— 67 — 2 — 3-5 ordo vocum Syriacarum prorsus turbatus est, potest tamen e latina, quae sequitur, explicatione cognosci.

— 74 — 1 lin. 4. 5. l. *Metüld'.*

— — — 2 l. 13 l. XV, 29.

— 93 — 1 l. 1 l. *procederat.*

— 94 — 1 l. 2 l. *pelagi.*

— — — — l. 10 l. *praegravatam.*

— (97 inscr. lin. 4 l. *quae.*)

— 107 — 2 — 11 l. voces hebr. transponendae.

— 123 — 1 — 1 l. Str. 38, 1. 2.

— 134 — 1 post alteram lineam supple: *non pernoscere valet, naturam et dignitatem.*

— 137 col. 1 lin. 1 l. h. V.

— — — — — 8 dele comma.

— 139 — 2 — 2 — *par.*

— 149 — 2 — 3. 4. — *viden'.*

Pag. 63 lin. 13 - lege ﻣﻠﻜﻴﺴﺪﻕ.
— 65 — 14 — ﺃﺑﺮﻡ.
— 77 — 9 — ﺍﻟﻤﺴﻴﺢ.
— 81 — 1 — ﺍﻟﻠﻪ.
— 82 — 1 — ﺃﺑﺎ.
— 95 — 4 — ﺍﻟﻤﻠﻜﻮﺕ.
— — — 8 — ﺍﻟﻌﻬﺪ.
— 101 — 3 — ﺃﺑﺮﻡ.
— 102 — 11 — ﺍﻟﺒﺮﻳﺔ.
— 103 — 3 — ﻣﻠﻚ.
— 106 — 6 — ﺍﻟﻤﺴﻴﺢ.
— — — 11 — ﺍﻟﻤﻘﺪﺱ.
— 110 — 12 — ﻣﻘﺪﺱ.
— 111 — 8 — ﻣﻠﻚ.
— 116 — 4 — ﻣﻜﺴﺎ.
— 124 — 10 — ﺍﻟﺪﻫﺮ.
— 134 — 1 — ﺍﻟﻤﺴﻴﺤﻴﻮﻥ.
— 135 — 10 — ﺍﻟﻜﻞ.
— — — 11 — ﺍﻟﻤﺴﻴﺢ.
— 140 — 9 — ﻣﻠﻜﻪ.
— 142 — 1 — ﻣﻜﻮﺩﺍ.
— 143 — 7 — ﺃﺑﺎ.
— 144 — 15 — ﺍﻟﻤﻘﺪﺱ.
— 147 — 17 — ﺍﻟﻤﺴﻴﺢ.

Pag. 32 lin. 17 lege ܐܲܫ̈ܝ̈ܐ.

— 33 — 2 — ܡܦ̈ܩ̈ܐ.

— — — 15 — ܐ̈ܚ̈ܫ̈ܐ.

— 35 — 9 — ܚ̈ܫ̈ܬ̈ܐ.

— — — 12 — ܬ̈ܡ̈ܗ̈ܟ̈ܐ.

— 41 — 13 — ܐ̈ܡ̈ܐ

— 43 — 5 — ܐ̈ܟ̈ܟ̈ܐ.

— — — 6 — ܐ̈ܟ̈ܐ.

— — — 10 — ܡ̈ܫ̈ܐ.

— — — 15 — ܐ̈ܟ̈ܐ.

— 44 — 4 — ܐ̈ܒ̈.

— 45 — 8 — ܐ̈ܬ̈ܐ.

— — — 18 — ܐ̈ܟ̈ܟ̈ܐ.

— 47 — 10 — ܐ̈ܚ̈ܦ̈ܨ̈ܪ̈.

— 48 — 2 — ܒ̈ܘ̈.

— 50 — 10 — ܐ̈ܡ̈ܪ̈.

— 51 — 9 — ܡ̈ܟ̈ܦ̈ܪ̈.

— — — ult. — ܣ̈ܟ̈ܦ̈ܣ̈.

— 55 — 1 — ܡ̈ܚ̈ܐ.

— 58 — 3 — ܐ̈ܪ̈.

— 59 — 11 — ܟ̈ܚ̈ܐ.

— 61 — 7 — ܡ̈ܐ.

— 62 — 1 — ܟ̈ܐ.

— 63 — 12 — ܣ̈ܪ̈.

Pag. 15 lin. 1 lege ܡܰܪܝ̈ܐ.
— 16 — 4 — ܡܰܪܝ̈ܐ.
— — — 5 — ܦܽܘܩ.
— — — 13 — ܟܽܠܗܘܢ.
— — — 15 — ܘܐ.
— 19 — 15 — ܫܘܼܒܚܳܐ.
— 20 — 11 — ܐܳܡܰܪ.
— — — 13 — ܟܽܠ
— — — 16 — ܐ
— 21 — 1 — ܒܰܥܶܝ.
— — — 3 — ܐܰܠܗܳܐ.
— — — 10 — ܒܥܶܝ.
— 23 — 7 — ܟܽܠ et in voce altera dele ultimum.
— 24 — 10 — ܒܥܶܝ.
— 25 — 2 — ܐܰܠܗܳܐ.
— 26 — 1 — ܐܰܠ.
— — — 3 — ܟܽܠ.
— — — 6 — ܫܰܒܚ.
— 27 — 10 — ܫܘܼܒܚܳܐ.
— 29 — 6 — ܐܰܠ.
— 31 — 8 — ܐܰܠܗ.
— — — 11 — ܢܥܒܕ.
— — — 13 — ܐܰܒܕ.
— 32 — 7 — ܐܰܠܗܳܐ.

Sphalmata typographica graviora

in vocalium signis, non justo loco positis, imprimis conspicua.

In textu.

Pag. 3 lin. 10 lege ﻣﻌﻌﻌﻌﻌ.

— 4 — 1 — ﻣﻌﻌﻌﻌ.

— 6 — 11 — ﻣﻌﻌ.

— 7 — 4 — ﻣﻌﻌﻌ.

— — — 6 — ﻣﻌﻌﻌ.

— — — 8 — ﻣﻌﻌﻌ.

— 8 — 1 — ﻣﻌ.

— — — 2 — ﻣﻌﻌ

— 9 — ult. — ﻣﻌﻌﻌ.

— 10 — 1 — ﻣﻌﻌ.

— — — 4 — ﻣﻌﻌﻌ.

— — — 14 — ﻣﻌﻌ.

— 14 — 15 — ﻣﻌﻌ.

ܢܦܫܐ animus, mens, intellectus. X, 11. XI, 10. XIX, 9. plur. ܢܦܫܬ, ܢܦܫܬܐ operationes intellectus, agitationes mentis, ratiocinationes. X, 14. XI, 4.

ܫܒܚܬܐ laus, gloria, hymnus. XV, 61. XVI, 54.

ܫܡܫܢܐ famulitium, ministerium, efficacia, vis, effectus. XIII, 1. XVI, 48.

ܬܠܡܝܕ discipulos (Christianos) fecit. III, 5. (differt enim ab ܠܡܕ docuit).

ܬܠܡܝܕܐ discipulus. V, 112.

ܬܠܬ tres, tria.

ܬܡܗ obstupuit, miratus est (c. c. ܒ). VI, 7. XII, 3.

ܬܡܗܐ admirabilis. IV, 4.

ܬܡܝܡ, ܬܡܝܡܐ integer, simplex. V, 117.

ܬܡܝܡܝܬ ܠ integre, simpliciter. XIV, 3.

ܬܡܢ ibi. XIX, 7.

ܬܢܐ iteravit, repetiit. Ethp. repetitus, iteratus est (cogitatione et sensu). XV, 5.

ܬܥܐ labor, fatigatio inanis. VIII, 3. (ܬܥܐ laboravit, fatigatus est inaniter).

ܬܩܠ 1) pependit, appendit, ponderavit. 2) offendit, impegit. Ethp. ponderatus est. XIII, 1. Pa. 1) ponderavit, aequavit ponderando. 2) aequavit (viam vitae). XIX, 1.

ܬܩܢ dispositus, stabilitus, firmatus est. Pa. disposuit, paravit, aptavit, stravit (lectum). XV, 37. (viam) XIX, 10. Aph. instituit, creavit (regem). XIX, 2.

ܬܩܝܢ, ܬܩܢܐ (plur. ܬܩܘܢܐ) paratus, firmatus, compositus (mores bene compositi). XVI, 20.

ܬܪܝܢ duo. ܬܪܝܢ secundus, alter. ܬܪܝܢܬ secunda, altera. IV, 1.

ܬܪܝܨ rectus, integer. XIX, 8. (ܬܪܨ direxit).

ܬܪܥ, ܬܪܥܐ porta, janua. XII, 11.

ܬܪܥ aperuit, secuit. p. p. ܬܪܝܥ effusus, erumpens. XVI, 22.

ܬܓܪ negotiatus est, mercaturam exercuit. Ethpa. id. et negotiando lucratus est. XVI, 4.

ܬܡܗ admiratus est, obstupuit c. c. acc. et ܒ. VI, 7. c. ܠ. XI, 2.

ܬܡܗܐ admiratio, stupor. XV, 1. admirandum, stupendum. XIV, 15.

ܬܘܒ poenituit. Ethpe. ܐܬܬܒ id. I, 5. Pa. ܬܘܒ poenitere fecit, flexit, abduxit a sententia, abstinuit. XV, 30.

ܬܘܒܬܐ, ܐܬܘܒܬܐ gratiarum actio et confessio, celebratio, laudatio (ܡ). XII, 1. XVI, 54.

ܛܘܠ inanis (= ܗܒܠ). — Ubi construitur c. ܠ vim habet interjectionis v. c. XV, 41. abeat sibi s. „*dispereat mundus!*“ (*Beneed.* propr. o vanitatem mundi!)

ܐܣܟܘܠܐ laqueus, offendiculum, scandalum. XVI, 32. (pl.)

ܬܘܗ stupor, admiratio, confusio. XV, 39. (r. ܬܗ stupuit, obstupuit, admiratus est).

ܬܘܪ bos, juvencus. pl. ܬܘܪ et ܐܬܘܪ. IX, 10.

ܦܫܩܢܐ interpretatio, explicatio. X, 7.

ܛܥܝܘܬܐ error, aberratio. XIX, 7.

ܛܘܒ inter. I, 4. (ܛܘܒܐ terminus).

ܬܚܘܬ, ܒܬܚܘܬ, ܡܢܬܚܘܬ sub, subter, infra. XVII, 5.

ܬܝܡܢܐ auster. XIII, 3.

ܩܪܒܐ bellum, certamen, altercatio. I, 11. XVI, 52.

ܬܠ suspendit, appendit. IV, 7. (part. ܬܠ, ܬܠܝܐ. III, 13. IV, 1.) IV, 7. retulit, pertinere voluit (rem, negotium ad ܒ). II, 7.

ܬܠܓܐ nix. XVI, 35.

ܬܠܬܝܐ tertius, trinus, triplex. XVIII, 4.

ܐܬܒ I. habitavit, mansit. XII, 3. 5. XIV, 6. Aph. habitare jussit, sivit, constituit, statuit. I, 20. XV, 59. XVIII, 15. Pa. incepit. XIII. 2. XV, 3. c. c. part. I, 1. — II. solvit, dissolvit, diruit, destruxit. II, 2. IV, 4. IX, 4.

ܐܬܒܐ familia, gens. XVII, 8.

ܐܬܘܢܐ lucerna, lumen. III, 6. XVI, 7. 49.

(ܐܬܠ) ܐܬܥ erravit, peccavit (*Bened.* in laqueos inextricabiles se induit). XVIII, 4. — ibid. 22. (*Bened.* susque deque permiscuerunt omnia).

ܐܡܝܢ verus, verax. IV, 6. XII, 10.

ܒܐܡܝܢ vere. XVII, 14.

ܐܡܘܬܐ veritas, firmitas. XVI, 11.

ܐܬܪ deflexit, aberravit (a scopo). XVII, 4. 9. 15. lapsus est, peccavit, deliquit. XVI, 18. Aph. labi, aberrare fecit, seduxit. XIX, 9.

ܐܬܪܐ firmitas. IX, 3. veritas. XV, 57. vera religio. IV, 3. 7. (Ephr. T. I. p. 79.).

ܐܬܟ siluit. XVII, 19. XIX, 4. part. ܐܬܝܟ mutus, silens. XV, 18. Pa. silentium imposuit. XV, 10. 18. interrupit (gressus). 24.

ܐܬܘܟܐ silentium. I, 4. 22. XI, 2. 5. VIX, 4.

ל.

ܠܐܠܐ et ܠܐ corona. III, 5. 8. VIII, 5.

ܠܐܬܪ mercator, negotiator. IV, 8. XVI, 4.

ܠܐܕܐ foramen, ansula. XVIII, 5.

ܠܛ vindicavit, exegit, retribuit. III, 15. XV, 13. 35. — Ursit, pressit, oppressit. XVI, 1. Ethpe. punitus est. XV, 15.

ܗܠ insanivit, deliravit. ܗܠܝܢ, ܗܠܐ part. insanus, stultus, errans. V. Ethpa. id.

ܡܕܢܐ cuspis hastae, arista (*Castellus* v. Deut. 32. 41.). XI, 9. — *Benedictus* vertit *ramus;* recte, ut videtur.

ܡܕܥ (ܫܢ) somnus. XVI, 37.

ܫܥܐ, ܡܘܕ, ܡܕܝ, ܡܕܥܐ momentum, tempus, hora. XV, 1. 4. ܟܠ ܫܥܐ quavis hora, semper, perpetuo. XVI, 50.

ܐܬܟ exaltavit. Escht. ܐܬܬܟ extulit se, superbivit, gloriatus est. XI, 6. XIV, 15. (part.) — ܓܐ.

ܨܚ limavit, purificavit, defaecavit, — everrit, ejecit. V, 82. Pa. id. et aequavit, complanavit, stravit. XIX, 10. — Part. Pe. ܨܚ, ܨܝܚ, ܨܚܐ purus, sincerus, — rectus, planus. I, 7. XI, 10. XII, 5. XVIII, 8. XIX, 1. 9.

ܫܦܝܪ pulcher, bonus. II, 1. XV, 32. 49.

ܡܟܐ, ܡܟܝ humilis, dejectus, imbecillus. XVI, 26. desidiosus, deses. ibid. 34. (ܡܟܐ humilis fuit).

ܡܟܐ affluxit, abundavit, inundavit. V, 118.

ܡܕܝ abundantia, copia, fluxus. V, 121. XVI, 22. XIX, 10.

(ܫܩ) ܐܫܩ potavit, rigavit. XVI, 35. 50.

ܡܫܩܢ portans, auferens, accipiens, particeps. XVI, 30.

ܫܝܬ potatio. I.

ܫܩܠ ponderavit. IV, 7. librando tulit, portavit, gravatus est, laboravit v. c. ܐܬܩܫ ? ܫ laboravit s. nisa est, ut pronuntiaret (*es ward ihr schwer auszusprechen*). XV, 7. cll. 27. ܫ ? ܢܬܩܫ laborant, ut plorent, = graviter plorant. — accepit. XVI, 38. imposuit XV, 16. 19. XVI, 6. abstulit (v. c. e vita). VII, 4. IX, 6. XV, 40. 47. XVIII, 20.

ܬܩ confirmatus est. Ethpa. id. XI, 9. Pa. et Aph. confirmavit, comprobavit. IV, 6.

ܦܫܛ spoliavit, detraxit. III, 2. Pa. et Aph. exuit. III, 1. part. Pa. ܡܦܫܛ, ܡܦܫܛܐ f. ܡܦܫܛܬܐ nudatus, a. III, 1.

ܦܫܘܛܐ I.) (a verbo praeced.) nudatio, exspoliatio, nuditas. III, 1. 2. II.) (a ܫܕܪ *misit*), missio, legatio, — chorus Apostolorum, apostoli. XIX, 4. (cf. Ephr. T. III. 212. F. 218. A.).

ܫܠܡ et ܫܠܡ integer, perfectus fuit, expressit — (viam ܠ) incessit. XIX, 1. (exemplum, sententiam alicujus) consensit, concordavit, imitatus est. XVIII, 7. Pa. implevit, solvit, persolvit. XIII, 5. Aph. tradidit, prodidit. XVIII, 13. 19.

ܫܠܡܐ pax. XV, 58. (ܫܠܡ cessavit).

ܫܡ, ܫܡܐ nomen. XVIII, 3.

ܫܡܗ nominavit. XVIII, 14.

ܫܡܢܐ quadrans. XVIII, 9.

ܫܡܥܢܐ auditor. X, 14. XVI, 50.

ܫܡܥܬܐ, plur. ܫܡܥܬܬܐ questus, querelae (*Bened.* tristia nuntia). VII, 1.

ܫܠܦ eduxit, evaginavit (gladium, linguam). XI, 11.

ܫܡܗ nominavit. Ethpa. nominatus est. XVIII, 11.

ܫܡܝܐ coelestis (non *naturâ*, sed *metaphorice*, ita ut discrimen, quod Castellus inter hanc vocem et ܫܡܝܢܐ fecit, tollatur). XVI, 4.

ܫܠܡ perfecit, absolvit Ethpa. XIX, 3.

ܫܡܥܐ auditus, audiendi facultas. XV, 33.

ܫܡܫ ministravit. XII, 1. part. VI, 4. — fecit, perpetravit, — adumbravit, delineavit. XIII, 2. 4.

ܫܡܫܢܐ minister, diaconus. XVIII, 21.

ܫܦܝܪܘܬܐ pulchritudo. III, 9. 10. XV, 32. 46. 54. pl. XIX, 9.

ܫܘܢܩܐ cruciatus, tormentum. XV, 36. (ܫܢܩ cruciavit, vexavit, torsit).

ܫܩܪܐ mendacium, error. V, 82. (de haeresi).

ܫܘܬܦܐ socius, particeps, consors. IX, 9.

ܫܒܩ donavit. Pa. id. II, 5. (discrimen significationis Pe. et Pa. a Castello notatum vix probabile videtur).

ܫܚܬ corrupit, vitiavit. V. (ecclesiam = virginem).

ܫܬܐ grex praec. porcorum. 2) socii et asseclae haereticorum v. c. Bardesanis, Manetis. V. (cf. Ephr. T. II. 438. 469.)

(ܫܛܐ) ܫܛ contemsit, sprevit. VI, 8. XV, 52. *part. pass.* vilis, contemtus, insipiens. XIV, 15.

ܫܛܐ stultus, ineptus fuit. partic. XI, 3.

ܟܬܒ, ܟܬܒܐ, ܐܟܬܒܐ scriptum, chirographum. XV, 13. 35.

ܫܐܠ sepulcrum, orcus. VII, 5. VIII, 4. XV, 32.

ܫܠܡܐ tranquillitas, pax, mansuetudo animi. VI, 2.

ܡܫܟܕ temere. XVII, 19.

ܡܫܦܐ tuba. XIX, 4.

ܡܫܟܠܐ (שׁוּשְׁלְתָא), catena. XIX, 6.

ܫܟܒ jacuit, cubavit, accubuit. — Dormivit, obiit. XVI, 51.

ܫܟܚ, ܐܫܟܚ invenit, potuit. IV, 3. 7. Ethp. XV, 21.

ܫܟܢ absurdus, foedus, turpis. XVIII, 7.

ܫܠܠ perfecit. ornavit. XIX, 1.

ܫܠ, ܫܠ cessavit, requievit. XIX, 5. part. ܫܠ, ܫܠܝܐ quietus, pacatus. XIV, 10. 11. Pa. sedavit. XIV, 10.

ܫܠܝܐ, ܫܠ cessatio, quies, silentium. I, 4. XI, 2.

ܒܐ ܒܫܠ subito. XV, 1. ܒܐ ܒܫܠܝܐ id. XVI, 7. 44.

ܫܟܐ f. cadaver. IV, 1. pl. ܫܟܐ. XV, 37.

ܐܬܪ refriguit, deferbuit. Pa. refrigeravit, cessare fecit, exstinxit. Aph. id. XVI, 7.

ܐܬܪ vigilavit. VI, 3.

ܐܬܪ vigilia, excubiae. XVI, 9, 34.

ܐܬܐ dignus, idoneus, par, aequalis fuit s. factus est. part. p. ܐܬܐ, ܐܬܝ dignus habitus. XIV, 6. par, aequalis, communis. VIII, 1. XIV, 1. XVIII, 12. Ethpe. dignus habitus est. XVI, 53. Pa. (idoneum, aequalem etc. fecit) tersit, abstersit, stravit (lectum). XV, 37. Aph. fecit s. habuit dignum etc. VI, 4.

ܐܬܐܠܬ (Castell. ܐܬ) 1) quaestio, interrogatio. 2) perscrutatio, scrutatio (*Speculation, Grübeley*). XIV, 2. XVII, 3. (ܐܠ).

ܐܬܬܐ gloriatio, superbia. XVII, 2. (ܐܬܐ glorificari).

ܐܬܒܐ gloria, honor, decus, ornatus. III, 2. XIII, 1.

ܐܬܐ, ܐܬܐ promisit, confessus est, enunciavit. XVII, 5. (v. ܐܡ).

ܐܬܝ signavit, nunciavit. Ethpa. cognovit, agnovit, intellexit. XIV, 10. XVII, 5. (v. ܐܡ).

ܐܬܐ eruit, eripuit, liberavit. XIII, 4. XV, 52.

ܐܬܒ segregavit. XVIII, 3.

ܐܬܒ munus. II, 5. XV, 31. 54.

ܐܬܟ mutatio, variatio, vicissitudo. ܐ ܠ vestes variae, diversae (Ephr. T. III. p. 363. ܐ ܠ partes variae, diversae), „vestes mutatoriae“ (Benedict.) XII, 3.

ܐܬܐ aequaliter, pariter. XV, 48. (ܐܬ).

ܐܬ aequalitas. ܐ ܠ consensus, eadem voluntas, idem studium. XVI, 29.

ܐܬ dominium, potestas, honores. XV, 55.

ه.

ܫܐܕܐ daemon, malus genius. X, 7.

ܫܐܠ petiit, postulavit. Pa. sciscitatus, perscrutatus est. IV, 1.

ܫܐܠܐ mutuus, commodatus, ascititius. XV, 47. XVIII, 3.

ܫܒܐ Saba, Arab. Sabaea. III, 6.

ܫܒܐ captivum cepit, duxit, deportavit. XVI, 5. XVIII, 3. — Irretivit, decepit. XV, 50.

ܫܒܝܐ, ܫܒܝ vicinus, a. III, 9. XI, 8.

ܫܳܒܶܝ captivans, captivum ducens. XV, 29.

ܫܒܝܠܐ semita, via. XV, 38. XIX, 3. 7. 8.

ܫܒܠ direxit, viam monstravit. XIX, 7.

ܫܒܥ septem. XVII, 8.

ܫܒܩ reliquit, deseruit, dimisit. III, 2. IV, 4. IX, 7. X, 3. XIV, 11. XV, 35. 59. sivit, concessit. XV, 29. Ethp. concessum est, permissum est. XV, 11.

ܫܒܪ puer, infans, imperitus. I, 15. XVI, 18. — XI, 2.

ܫܓܫ turbavit, part. ܫܳܓܶܫ, perturbatus, turbidus, turbulentus. VI, 1. XIV, 10. — ܐܫܬܓܫ tumultuatus est, conjuravit. XVIII, 22.

ܫܕܐ 1) jecit (sagittas, ܒܝܢ) vulgo c. c. ܒ et ܠ. I, 3. cll. 1. (ubi *sagittae* supplendae sunt, cll. X, 9.) XVII, 3. 2) ejecit, abjecit. Hinc rejecit XVIII, 5. edidit, evomuit. ib. 16. projecit, conjecit. XIX, 9. part. pass. XV, 19. 47. abnegavit, negavit (c. c. ܠ). III, 14. (coll. Ephr. T. II. p. 442. 444.)

ܫܕܠ blanditus, adulatus est. 2) commovit, illexit, inescavit. XV, 45.

ܫܕܪ misit, emisit, dimisit. VIII, 4.

ܬܟ insedit. Pa. construxit, composuit, condidit. XIII, 4. Ethpa. compositus, conjunctus, unitus est. IX, 6.

ܐܕ jecit; projecit, immisit. Part. pass. projectus, immissus, versatus (in bello, certamine). XVI, 1. (cll. Ephr. T. III. p. 362. A.)

ܐܘܕ (ܟܘܐ) altus, sublimis, עֶלְיוֹן. III, 15.

ܐܘܕ innuit, indicavit, jussit. VII, 7.

ܕܐ cogitavit, meditatus est, curavit. XV, 43. 51.

(ܫܫ) ܐܫ adspersit, conspersit. Aph. pavit. VI, 4.

ܕܐ pavit (se et alios), rexit. part. *pastor*. V.

ܐܚܫܐܕ turbate, dolenter (*Cast.*), clara voce, amare (flevit). XV, 7. 27.

ܕܥܐ, ܕܥܝ mens, animus. IV, 8. X, 1. XII, 7. XIII, 6. XIV, 6.

ܕܥܡ tonuit, intonuit, sonuit. XIX, 4.

ܐܚ, ܕܚ laxus, remissus, ideoque a) debilis, tener. XII, 9. b) dissolutus, iners (Ephr. T. II. 440. A.)

ܕܥܝ saltatio, exsultatio. VIII, 2. (ܐܥ saliit, exsultavit. 2) planxit, ploravit).

ܐܦ reprehendit, objurgavit, accusavit. V, 45.

ܐܡ signavit, notavit. V. impressit XIX, 9. adumbravit, delineavit. X, 2. XIII, 2. 4.

ܐܠ incessit (?). Aph. 1) viam commonstravit, direxit. 2) erudivit, monuit, correxit. XVI, 16.

ܐܠܦ balbuties, — locutio, sermo. XVI, 23. (ܐܠ balbutivit, — locutus est.)

ܬܘ madefactus, inebriatus, satiatus, incensus est (amore). III, 1.

ܬܘ laetatus est, exsultavit. VIII, 5.

ܬܘܡܐ spiritus. XVII, 7.

ܬܘܡܢܘܬܐ spiritualitas. XVII, 7.

ܬܘܪܚܩܐ distantia, longinquitas. ܒ procul. XVI, 16.

ܬܘܟܠܐ compositio, structura, conjunctio. IV, 4.

(ܢܣܒ) ܐܐܢܣܒ Aph. sustulit, extulit, abstulit. XV, 7.

ܬܘܪܡܐ altitudo, sublimitas, excelsitas. III, 11. XVI, 51.

ܬܘܫܡܐ nota, signum, signaculum, character. V. (in baptismo).

ܬܘܚܝܒܐ improbitas, iniquitas. V, 83.

ܬܘܚܡܐ amatus, dilectus. XV, 19.

ܬܚܡ amavit, dilexit. VI, 8. part. ܪܚܡ. XV, 40. pl. amici ib. 53. pass. ܐܬܪܚܡ, ܐܬܪܚܡܘ, XV, 1. 47. Pa. misertus est c. c. ܥܠ. XV, 32.

ܬܘܒܐ gratia, benignitas, amor. pl. I, 18.

ܬܘܒܢܐ misericors, clemens. XVIII, 16.

ܬܘܪܚܡܐ amor, dilectio. VI, 5. XV, 16.

(ܪܚܩ) ܐܐܪܚܩ elongavit, summovit — intr. processit, abiit, volavit XVII, 3. adj. part. ܪܚܝܩܐ, ܪܚܝܩ longinquus, remotus. XI, 3. XV, 46. XVII, 4. 15.

ܬܘܥܕܐ odor. IV, 10.

ܬܘܥܕܢܐ odorifer. 2) myropola, aromatarius (Cod. Nasar. ed. Norberg. I. 200. 20.) IX, 4. (si non est *aroma, unguentum* ipsum, ut *Bened.* intellexisse videtur opp. ܫܘܕܐ).

ܪܫ, ܪܫܐ caput, summa, principium. XVI, 50. dux, praefectus. XVIII, 21.

ﻟ

ﺭﺍﺯ (et ﺭﺍﺯﺍ rad. ﺭﺯ) arcanum, mysterium. IV, 10. — Adumbratio, symbolum, typus. III, 11. XIII, 2. 5. (Ephr. T. III. 214. C. 219. C. E.) [h. III, 2. videtur esse *amiculum mysticum* s. spirituale, *quo margarita induta est*]. — Occulta doctrina (gnosis Bardes.) V, 95. — Ars s. fraus clandestina *in eod. hymno.*

ﺭﺏ magister, praefectus. XVIII, 9.

ﺭﺑﺎ multus fuit s. factus est, crevit, adolevit. Pa. crescere fecit, auxit, aluit, educavit. IX, 7. XIII, 2. XV, 10. XVI, 50.

ﺭﺑﻮ myrias. II, 9.

ﺭﺑﻮﺗﺎ magnitudo. III, 8. XI, 2. XII, 8. XIV, 4. superbia (*Groſsthuerey*). XVII, 2.

ﺭﺑﺎ, ﺭﺑﻴﺎ foenus, usura. XV, 35.

ﺭﺑﻴﻊ desideratus, concupitus, optabilis. XV, 44. 47.

ﺭﺩﻉ sensit, comprehendit, intellexit (discrimen, quod Castellus inter Peal et Aph. constituit, locum non habere multi loci nos docuerunt) XV, 42. XVII, 11. Aph. XIX, 5. — ﺭﺍﺩﻉ sciens, intelligens. XIX, 4.

ﺭﺩ descendit IV, 2. XII, 10. ivit, ambulavit, incessit XV, 37. XIX, 6. fluxit XIX, 3. Aph. fluere fecit. XVI, 3. 46.

ﺭﻳﺪﺍ fluxus (aquae et aëris). IV, 5.

ﺭﻫﺖ festinavit, trepidavit, turbatus, tumultuatus est. Ethpe. timuit, expavit, territus est.

ﺭﻫﻮﺗﺎ festinatio, — timor, — cura. XV, 20. (*trepida cura* matris familias circa liberos).

ﺭﻫﻴﻂ cucurrit, velox, promtus fuit. I, 9.

ﺭﻫﻴﻄﻮ cursus, 2) alacritas, velocitas, promtitudo, studium. (?) XVI, 26.

ܫܒܚ Pa. laudavit, celebravit. Ethpa. laudatus, celeber factus est. XVI, 26.

ܩܢܐ acquisivit III, 13. XIV, 5. 2) (mente) assecutus est, comprehendit I, 10. (coll. 12.) Ethpe. XV, 43. Aph. possidere fecit, dedit. XVII, 19. XIX, 8.

ܩܢܐ nidus, impropr. sedes, fons (peccatorum). II, 4.

ܩܢܘܡܐ persona, substantia. Inservit pronominibus personalibus designandis v. c. XV, 21. XVI, 24.

ܩܢܝܢܐ possessio, acquisitio. pl. opes, divitiae. IV, 8. XV, 55.

ܩܦܬ contudit. Pa. id. XVIII, 17.

ܩܛܠܐ complexio brachii, sinus, involucrum. XIX, 8.

ܩܒܬ collegit, reposuit, contraxit. it. se collegit, reposuit, communicavit i. e. communicatus, traditus est. XII, 10.

ܩܛܥ fregit (panem in euchar.) II, 5. XVIII, 14. 21.

ܩܢܐ invidit c. c. ܠ. XVI, 20.

ܩܪܐ legit V. VI, 6. vocavit XV, 16. XVII, 6. c. ܠ 26. invocavit, imploravit (Deum) 60.

ܩܪܒ appropinquavit, accessit, attigit, auscultavit. XVIII, 13. c. c. ܠ. ܩܘܪܒܢܐ. Pa. obtulit, sacrificavit. XVI, 39.

ܩܪܝܐ lector. XVIII, 21.

ܩܪܝܒ, ܩܪܝܒܐ propinquus, proximus. XVII, 4.

ܩܪܢܐ cornu. VI, 6.

ܫܚ senuit. Eth. antiquum se fecit s. praedicavit. XVIII, 17. (ita Pa. antiquum fecit — dicendo — Ephr. T. I. p. 6. C.).

ܫܚܐ, ܩܫܝܐ durus, gravis, difficilis. VIII, 1.

ܫܝܫܐ, ܐ—, senior, decrepitus, grandis natu. VIII, 6. — Presbyter. XVIII, 21.

ܩܫܬܐ arcus. XII.

(ܩܘܡ) ܩܘܡ stetit, surrexit v. XV, 18. 39. animatus est vixit. IV, 1. 9. Aph. confirmavit, suscitavit, resuscitavit. VII, 5 sollicitavit. XVIII, 11. c. c. ܠ, institit alicui. Hinc: curavit aliquem — et sollicitavit aliquem, petiit ab aliquo. II, 2.

ܩܘܡܐ statio, status. VI, 2.

ܩܕܡܝܬܐ vicinitas, praesentia. ܩܕܡ, prope, coram, in praesentia. XVI, 16.

ܩܘܪܒܢܐ oblatio, munus, donum. XV, 54. XVI, 38.

ܩܫܝܛܐ veritas. XIX, 3.

ܟܐܦܐ vis, violentia, necessitas. XV, 8. 29. XVI, 5.

ܟܚܫ coangustatus, attenuatus, subtilis factus est s. fuit, propr. et metaphor. Hinc ܟܚܝܫ subtilis, astutus. X, 9. Ethpa. subtilis, astutus fuit, in quaestionibus subtilibus versatus est. XVIII, 4.

ܟܠܠ ligavit, colligavit (coronam). XIX, 2. (coll. Ephr. T. III. p. 211. inf. ubi Deus dicitur ligans s. nectens coronas = dispensator coronarum).

ܩܝܛܐ aestas, aestus. XV, 44.

ܩܝܡܐ foedus, pactum, in sp. de foedere s. voto monachorum et ascetarum. XVI, 42. XVIII, 21. — conventus, societas. XVI, 44.

ܩܘܣܡ, ܩܣܐ lignum, gubernaculum. XIII, 4.

ܩܡܟܠܐ sterquilinium. XIV, 12.

ܩܠ, ܩܠܐ vox, sonus. pl. X, 4. XV, 58.

ܟܠܝܐ, ܟܠܝ clavis. I, 21. V. claustrum, sera. III, 15.

ܟܠܝܠ parum, modicum, paululum X, 12. sine mora, velociter XIV, 4. 9. ܒܙܥܘܪ ܙܥܘܪ brevi tempore. XV, 50.

ܟܠܝܠ levis, velox, praeceps —, fortis. XV, 32.

ڈلا dolose egit. Ethpa. astutus, callidus factus est s. fuit, dolose egit. XVIII, 4. XIX, 6.

ڈبعلا astutus, callidus. XVIII, 3. XIX, 8.

ڈذ stupravit, probris affecit. Ethpa. probris affectus, illusus est. XIX, 2.

ڈذا ignominia, opprobrium. V.

ڈذا ligamen, vinculum (quo tenetur gemma; ni forte fuit *pyxis*, quod placet *Petro Bened.* rad. ڈذ ligavit, vinxit, inclusit). III, 15.

ص.

صاذا altercatio, pugna, bellum. XVIII, 12.

صدا custodivit, retinuit, continuit (flatum). X, 15. (part. pass.)

صطا accusavit, interpellavit, se opposuit. Pa. accepit, suscepit. XV, 58. Ethpa. acceptus, susceptus est. XVI, 38.

صطذ sepelivit. IV, 4. XIII, 3. XV, 14.

صطذا sepulcrum. VII, 6.

صيف possedit, mercedem recepit. Absolvit, perfecit. XVI, 29.

صيق antevertit, praevenit. Pa. id. Inservit plerumque Graecorum et Latinorum verbis cum προ et *prae* compositis exprimendis, aut Latinorum *olim* Graecor. ἐν ἀρχῇ (ab initio) v. c. I, 18.

صيق coram, ante. XIX, 2. seq. ? *ante quam* ibid. 5.

صيقدا, صيقد antiquus, majon natu, aetate prior pl. XII, 2.

صيك sanctus fuit. part. صيكا. XVIII, 1. Pa. sanctificavit, consecravit. XIV, 16. Dominum celebravit, praedicavit. XIV, 11.

صكسا laus, encomium. XVI, 19. (صكس).

ܨܛܝ sitivit. part. ܨܛܐ sitiens. IV, 6.

ܨܛܝܐ sitis. I, 14.

(ܨܝܕ) ܨܕ venatus est, indagavit, illaqueavit, irretivit *propr.* et *inpropr.* XV, 45.

(ܨܘܡ) ܨܡ jejunavit, abstinuit. XVI, 39.

ܨܘܡܐ jejunium, abstinentia. II, 10. XVI, 9. 15. 26. 35.

(ܨܝܪ) ܨܪ formavit, pinxit. X, 1. 14. XI, 4. adumbravit, praefiguravit. I, 8. XIX, 10. (cf. *Ephr.* Opp. T. I. pag. 159. extr. 160. 201. extr. T. III. 213. supr. 214. med.) Ethpe. formatus, transformatus est. IV, 6.

ܨܘܪܐ collum. XVI, 38.

ܨܘܪܪܝܬܐ tormen, tremor, vertigo, caligo. XV, 1.

ܨܘܪܬܐ imago, pictura, forma. X, 5. pl. XV, 47. 49.

(ܨܠ) ܨܠ audivit, auscultavit.

ܨܠܘܬܐ sermocinatio, conversatio. XV, 10. 17. 22. 26. 28. 31.

ܥܡ ad, apud, coram. XVI, 36. XVII, 15. XVIII, 14. ܥܡ ܟܠ, a. XV, 9. 24. ܥܡܝܢ ܟܠ, propter nos. XVI, 8.

ܨܝܢܐ pictor. X, 4. 8.

ܦܠ inclinavit, inclinavit se, — demisit se, descendit, delapsus est. XVIII, 10. Pa. oravit, precatus est. VI, 1. XV, 58. XVI, 52. cupiit, optavit (?). XVI, 20.

ܨܠܘܬܐ oratio. plur. ܨܠܘܬܐ. II, 10. VI, 3. XV, 57. pietatis monumenta. XVI, 29.

ܨܠܝܒܐ crux. XIII, 4. XV, 60.

ܨܠܐ colavit, defaecavit, purgavit. part. pass. purus, integer. V, 79. Ethpa. ܐܬܨܠܐ defaecatus est, se purgavit, puritatis, sanctitatis speciem affectavit. XVIII, 4.

ܨܠܡܐ imago, simulacrum. XVI, 13. (ܨܠܡ figuravit, pinxit).

ܨܠܡܐ fulgor, splendor, lumen. III, 7.

ـحصـ fidit, diffregit, dissecuit, abscidit, amputavit. Pa. id. XI, 9.

ـحصـ expandit, extendit. II, 1. XIII, 1.

حصـا simplex. XVIII, 8. XIX, 8.

حصـاـ simpliciter, sine fastu. I, 13.

حصـا verbum, effatum. VI, 6.

ـحصـ aperuit. I, 18. XV, 19. Pa. aperire fecit (oculos), restituit oculos. II, 1.

حصـا distortus, obliquus. XIX, 8. a rad.

ـحصـ torsit, pervertit, perturbavit. XIX, 8.

3°

ـعـ et ـعـ deformitas, foeditas. V, 85. XVI, 33. (ـعـ deformavit, foedavit Epbr. T. II. 500. B.)

ـعـ voluit, acquievit, elegit c. c. ـب. I, 17. XIII, 1.

ـعـ, ـعـ res, negotium. II, 7.

ـعـ voluntas, arbitrium. XVII, 13.

ـعـ, ـعـ digitus. II, 2. pl. ـعـ et ـعـ. IX, 8. XII, 11.

ـعـ ornavit, decoravit. VIII, 4. part. pass. XV, 43. 52. XVI, 6. 16.

ـعـ decus, ornamentum, pulchritudo. II, 10. III, 9. („auribus pulchritudo tua," *schöner* Ton). XV, 34. 51. 54.

ـعـ intentus fuit. Aph. ـعـ fixit, defixit oculos c. c. ـب. X, 10.

ـعـ vastus, desertus, vastatus fuit. part. ـعـ. XV, 22. Aph. ـعـ vacuum fecit, reliquit. XVI, 50.

ـعـ vastitas, solitudo, desolatio. XV, 23.

ܐܶܬܥܒ expedit, consultius est. I, 12 ss.

ܐܰܬܝܳܐ rabiosus, furiosus. V. XVIII, 3.

ܐܰܬܪ foecundus fuit, fructum tulit. XIII, 3.

(ܙܗܪ) Aph. ܐܰܙܗܶܪ splenduit, nituit. III, 3. 4. IX, 4.

ܐܰܛܰܫ volavit. XV, 21. XVI, 30. erravit. XIII, 3.

ܐܰܛܽܝܳܐ volatus. XIII, 3.

ܐܰܛܽܘܪܳܐ pullus. XV, 21.

ܐܽܝܬܳܐ, ܐܽܝܬܽܘܬܳܐ modus, ratio. XII, 11.

ܐܰܬܳܐ redemtor, servator. V, XIII, 3.

ܐܰܬܽܘܢ discernens, prudens, sagax. XI, 2.

ܐܰܬܽܘܢܳܝܳܐ distincte, diligenter, perspicue. IV, 1. XVIII, 18. recta ratione, sapienter. XVII, 19. (coll. Ephr. T. II. p. 501. inf.)

ܐܰܬܺܝ divisus, separatus, varius, diversus. XII, 10.

ܐܰܥܒܕܳܐ πρᾶξις, πρᾶγμα. XVIII, 14. pl.

ܐܰܦܰܫ expandit, extendit. XV, 19. offudit (ܫܕܰ). VII, 3. XII, 10. intrans. s. pass. se expandit, expansus est, sparsus est (lux Ephr. T. I. p. 9. veritas. T. II. p. 547. C. III. 36. B.)

ܐܰܦܶܫ detexit, develavit. XVIII, 5. Ethpa. pass. ib. et 13.

ܐܰܦܶܩ retribuit, solvit, satisfecit. XVI, 28. Aph. fronduit, pullulavit. XVIII, 17.

ܐܰܦܺܝ oblectatus, delectatus est. Ethpa. id. V, 8.

ܐܰܦܽܘܣܳܐ (πρόσωπον), vultus, effigies. X, 12. XV, 49. XVI, 1.

ܐܰܦܽܘܩܠܺܝܛܽܘܣ παράκλητος, cujus dignitatem Manes sibi arrogabat. XVIII, 14.

ܐܰܦܪ separavit, segregavit. VI, 1. VII, 2. XV, 9. 24. intrans. discessit, separatus est. VIII, 2. IX, 7. 8. XVI, 4.

ܐܶܬܰܟ discessit. Aph, dimisit, dimovit. XIII, 2.

ܨܰܠܘܬܳܐ supplicatio, deprecatio. XV, 30. (ܨܠܐ)

ܦܠܶܓ divisit. Pa. id. XVIII, 14. distribuit. VI, 4. (in dubium vocavit Ephr. T. II. p. 447. extr.) Ethpa. nutavit, dubitavit, haesitavit. IV, 1. XI, 9. (coll. Ephr. T. I. p. 2. et 80.) — ܦܠܺܝܓ ܠܳܐ indivisus, simplex. XII, 10.

ܦܰܠܳܚܳܐ laborans, operarius, minister. XVI, 10. (ܦܠܚ 1) laboravit, 2) coluit (Deum), 3) militavit.)

ܦܰܠܳܚܳܐ arator, agricola, vinitor. XI, 9.

ܫܒܰܩ liberavit, remisit, reliquit, abjecit. XVIII, 5. (coll. *Ephr.* T. III. p. 4. E.) fugit ibid.

ܫܚܺܠ (ܫܠܐ) inquinavit. Ethpa. commaculatus est. XVIII, 4.

ܬܒ rediit. Aph. reduxit. XVIII, 2.

ܬܚܽܡܳܐ finis, terminus, plaga mundi. pl. ܬܚܽܡܶ, ܬܚܽܡܳܐ XIII, 3.

ܬܰܥ abscidit, amputavit, interclusit. IV, 5. intrans. defecit, discessit. XIX, 4. *Ethpa.* (spec. de supplicii genere) membratim concisus s. amputatus est. XVIII, 9.

ܬܽܥܳܐ amputatio, abscissio. ܬܥ ܣܰܓ desperatio. XVIII, 18.

ܦܪܰܩ (ܦܪܐ) liberavit, eripuit. XV, 52.

ܦܰܪܺܝ exhilaravit. XVI, 1. Aph. ܐܰܦܪܺܝ id. XVI, 37. 46.

ܦܰܪܺܝܣܳܐ hilaris, laetus, comis, benignus (freundlich). VI, 5.

ܦܩܰܕ 1) visitavit, accuratius visit, respexit. 2) requisivit, desideravit. XV, 26. 28. 3) praecepit, observare fecit, jussit. Pa. id. Ethpa. mandatum accepit, jussus est. XI, 1. (cll. *Ephr.* T. I. 2. et 129.)

ܦܽܨܳܐ flos. XV, 45.

ܥܒܕ erravit, labavit (mens). XIII, 6. XIX, 3. seq. ܒܬܪ, secutus est, adhaesit, nachlaufen. XV, 46. (cf. ܕܒܩ). Aph. ܐܥܒܕ in errorem induxit (Ephr. T. II. p. 547. c.), occoecavit, elusit. X, 12. XVII, 9. part. ܡܥܒܕ, femin. ܡܥܒܕܬ aberrans.

ܥܒܕܐ evagatio mentis, aberratio, stultitia. XII, 9.

ܡܫܘܝܬܐ comparatio. (pondus, mensura?) XIII, 1.

ܡܦܠܓܢܘܬܐ divisio. ܠܐ ܒ sine divisione, individuus, a, um. I, 2.

ܥܒܕܘܬܐ foedatio, inquinamentum, sordes (= ܣܬܐ de haeresi). V, 81.

ܦܘܡ, ܦܘܡܐ os, oris. X, 4. XV, 19.

ܦܘܪܢܐ reditus. XVIII, 8.

(ܥܘܫ), ܐܥܘܫ ostendit, probavit. XIX, 6. docuit, affatus est, respondit. XV, 25. (imp.) 27. — supplicavit, deprecatus est. VI, 3.

ܦܩܘܕܐ mandatum, praeceptum. VII, 7. XVI, 27.

ܦܪܘܚܐ deliciae, lasciviae, voluptates. VI, 8.

ܦܪܘܩܢܐ salus, redemtio. XIII, 4.

ܦܪܘܫܢܐ separatio, electio, libertas, libera voluntas. XVI, 40. — discessus (obitus). VI, 1. (cll. Ephr. T. I. 3. II. 541.) — sapientia (facultas optima *eligendi*, mala a bonis *separandi*). XVII, 19.

(ܫܪܐ) ܫܪ mansit, cessavit, quievit c. c. ܒ, recessit ab al. deseruit al. XV, 39. 40. 43. 55. destitutus est (veritate): I, 12. Aph. negligens, ignavus fuit. XVI, 20.

ܫܒܐ laqueus. XV, 5. XVI, 32. (pl.)

ܫܘܐ aequavit, comparavit, contulit. Pa. id. et mensus est. XVI, 21.

ܫܘܬܐ fovea, profunditas, hiatus. XI, 5.

ܟܸܢ̈ܐ, ܟܢ̈ܐ angustia, tribulatio. 2) tristitia, luctus. XV, 56.

ܟܦܰܫ investigavit, perscrutatus est. XI, 7. XVII, 9. XIX, 7. Ethpa. part. ܠܳܐ ܡ̈ inperscrutabilis, inpervestigabilis, XIV, 4.

ܟܦܐ calx. plur. ܟܦ̈ܐ et ܟܦ̈ܐ calces, vestigia, notae. XIX, 5. 7. 9.

ܟܦܰܬ pervertit. XIX, 8. Ethpa. perverse egit, aberravit. XVIII, 4.

ܟܨ exstirpavit, diruit. Pa. id. II, 4.

ܟܨܐ radix, stirps. IV, 7. XI, 9.

ܟܪܒܐ ovis, agnus. V.

ܟܪܣܐ lectus, sponda lecti. XV, 18. 37.

ܟܪܨ fugit. XIX, 6.

ܟܣܝܐ accinctus, paratus, futurus. Sq. ? c. futur. inservit circumscribendo futuro. XV, 42.

ܟܬܰܪ dives fuit s. factus est. XVI, 30. 36.

ל.

ܠܝܩ, ܠܝܩܐ decens, decorus, pulcher. V, XV, 26. c. ܠ decet eum. III, 13. XII, 3. (cf. Ephr. T. II. 444. med.) rad. ܠܝ, cujus est part. pass.

ܠܝܩܢܘܬܐ, ܠܝܩܘ decentia, decor, pulchritudo, venustas. VIII, 5. XV, 33, 50.

ܠܩܚܐ fructus. pl. XVI, 50.

ܠܩܒ occurrit, obviam factus est, invasit c. c. ܒ. III, 4. 7. XIX, 9.

ܦܓܪ, ܦܓܪܐ caro, corpus. II, 2. 3. XV, 49. (promiscue de *cadavere* et de *corpore vivo* usurpatur).

ܪܥܝܐ pastor, praesul, gubernator. V, 101. 114.

ܥܒܕܐ, plur. ܥܒܕܐ proventus, fruges. XII, 11.

ܥܠܡܐ mundus, seculum. XIX, 10.

ܥܡ cum, juxta, apud. ܥܡܢ nobiscum. ܥܡܝ inter nos. XVI, 4. ܡܢ ܥܡܝ a nobis. ibid.

ܥܡܐ populus.

ܥܡܕ baptizatus est. II, 6. III, 4. V, 67. Aph. baptizavit. II, 5.

ܥܡܠܐ operarius, qui indefesso studio opus suum perficit. XVI, 10. pl.

ܥܡܠ laboravit, fatigatus fuit. XV, 40.

ܥܡܠܐ labor. II, 9. V, 101. XVI, 7. 17. 34.

ܥܢܐ exaudivit, respondit. XV, 16. 25. 60. 2) audivit, obsecutus est. IV, 10. 3) sollicitus, occupatus fuit, curavit c. c. ܒ. XI, 1.

ܥܢܐ grex, ovis, V. plur. ܥܢܐ.

ܥܪܝ peregrinatus est, decessit, — mortuus est. IX, 7. hinc adj. partic.

ܥܪܝܐ peregrinans, peregrinator, — mortuus. XV, 56.

ܥܬܝܐ responsum, sermo, confabulatio, familiaritas, consuetudo. XV, 24. 28.

ܥܬܝܪܘܬܐ vita sancta, disciplina severa. XVI, 15.

ܥܬܝܡ asper, difficilis. XVIII, 8. plur. fem. ardua, aspera, gravia. XI, 6.

ܥܛܦ amplexatus est. XV, 19.

ܥܦܪ pulvis. XIV, 12.

ܥܦܪܢܝ terrenus. XIV, 8.

ܦܣܝܐ medicus (Ephr. T. II. p. 550.), metaph. de pastoribus animos sanantibus. V, 116.

ڟڬڡ indutus est. Pa. induit, texit. VII, 3. part. pass. X, 10. XVI, 15. Ethpa. X, 13. — Part. Peil ڟڬڡ, indutus, vestitus c. c. Accus. (luce) i. q. ڟڡڡ. III, 12.

ڟڡ consuevit. Ethpa. id.

ڟڡڐ consuetudo, mos. XV, 26. ڐڟڡڐ ڐ, ut mos erat.

ڟڡ, ڟڡڐ oculus.

ڟڡڐ, ڟڡڐ angustiatus, moestus. XV, 2. (ڟڡڡ)

ڟڡ expergefecit. Aph. excitavit, suscitavit. XVI, 38.

ڟڡڐ 1) vigil, in spec. 2) angelus bonus isque tutelaris. 3) angelus omnino bonus (opp. ڡڡڐ). I, 1. XIV, 5. XVI, 38. (coll. Ephr. T. II. 455. infin. 456. supr. 546. A.)

ڟڡڐ vigilantia, praesentia animi. XVI, 34.

ڟڠ (tert. fem. ڟڠڠ) ingressus est, incessit. I, 10. 11. (opp. ڟڡڡ) c. c. ڠ. III, 12. (cll. Ephr. T. III. 209.) VII, 6. IX, 2. XV, 22. 29. 59. XVI, 6. Aph. ڐڟڠ, introduxit, intulit. V, XV, 4.

ڟڠ supra, super, propter, ad. — sq. ڐ (= עַל אֲשֶׁר), quoniam, quandoquidem, quia, propterea quod. X, 12. XII, 1.

ڟڠ. — — ڟڠ ڡڡ circa. XV, 18.

ڟڠ, ڟڠڐ causa, occasio, origo. I, 10. XVII, 1. ڡڟڠڠ culpa ejus. X, 15.

ڟڠڐ altus, excelsus. plur. superi. IV, 3. XII, 5. (ڟڠ vid. ڡڠڠ).

ڟڠڡڐ adolescens. VIII, 4.

ڟڠڡڡڐ pueritia, adolescentia. VIII, 1. XV, 11. 47. 50.

ڕۆژ, ڕۆژا tempus, momentum. XV, 61.

ڕۆژ adjuvit, auxiliatus est. Pa. id. XV, 3. XVI, 17.

ڕۆژا auxilium. XV, 3.

ڕۆژدا auxilium, salus. XVII, 19.

ئێزگا f. ecclesia. V, 79. XIII, 4. XVIII, 3.

ئێتۆ meminit, recordatus est. XV, 1. 5. Aph. in memoriam revocavit, commonefecit. ibid. 15.

ئێتۆدا memoria, mentio, monumentum. XV, 5.

ئێکۆ convenit, congruit. XIX, 8.

ئێڤ, ئێڤا sinus, thalamus, conclave. plur. XIII, 5. XIV, 13.

ئێڤل iniquitas, impietas. XVI, 39.

ئێڤێکا profundum, profunditas. XIII, 6.

ئێڤدا habitatio, habitaculum. II, 2. VI, 1. VII, 6. XV, 23.

ئێڤرۆدا mors, obitus. VIII, 1. IX, 5. XV, 1. 4. XVI, 37.

(ئێڤ) ئێڤ arctatus, contristatus est. Aph. contristavit, cruciavit. V, 108.

ئێڤڤا (ئێڤڤ) disceptatio, perscrutatio, pervestigatio. I, 11. X, 6. XI, 4. XIII, 6. XVIII, 8. 22. ناڤێ inpervestigabilis, incomprehensus. I, 2. sine disceptatione, investigatione. ib. 16.

ئێڤڵ vox, ut aliae plures, in lexicis nondum lecta, *fluctum aquarum tortuosum et perversum* significat. *P. Benedict.* vertit: *intercurrentia aestuaria.*" Respondet rabbinico עקוּל, *vertex aquarum*, locus tortuosus in flumine.

ئێڤ viduavit, orbavit. 2) excoecavit. XI, 10.

ئێڤژا divitiae, opulentia. VI, 7. XVI, 4. 34.

ئێڤ robbravit, conservavit. III, 7.

ڕەق, ئێڤ durus, operosus, difficilis. X, 4. XI, 6. XII, 8.

ܡܸܬܩܲܛܪ contrarius, oppositus, adversarius. II, 8. (ܩܛܪ accusavit, se opposuit).

ܫܦܪ polivit, ornavit, fucavit. part. pass. XV, 48.

ܫܘܦܪ elegantia, ornatus, fucus. XV, 34. 39. 41. 54.

ܫܥ trepidavit, timuit. Pa. terruit. XV, 2.

ܫܦ irrupit, inundavit (aqua) c. c. ܒ. II, 6. (de daemone, quem cum aqua in corpus baptizandum illabi Ephraemus dicit e sententia Marcionis, cui aqua a Malo originem traxisse videbatur). Aph. largitus est, destinavit. XII, 11. XVI, 23.

ܫܪܦ Seraph. pl. ܫܪܦܐ. XIV, 11.

ܫܦ pexuit. — divisit, discidit. Ethpa. separatus, detractus, exutus est. IV, 4.

ܕ

ܒܝܬܐ et sine ܐ: ecclesia, templum. II, 9. ubi *Bened.* „templa“ vertit. v. ܒܝܬܐ.

ܕܒܪ fecit, effecit, operatus est. XV, 8. (paravit viam) 38. ܕ ܐܒܠ luctum fecit h. e. luctu s. moerore affectus est. ibid. 6. ܕ ܠܡܐܬܢ (c. c. ܥܡ) pugnavit. XVI, 37.

ܥܒܕ, ܥܒܕܐ servus. XII, 1.

ܥܒܕ, ܥܒܕܐ factum, facinus, opus. XV, 56. pl. XVI, 6.

ܥܒܕܢܐ opifex. XVII, 16.

ܥܒܪ transiit, transgressus est. Aph. praeterire, transire fecit: trajecit, deportavit, — removit, abjecit, — dimisit, remisit (peccata). XV, 59.

ܥܕ ad, usque. ܥܕ ܕ seq. ܕ usque ad XV, 55.

ܐܚܕ apprehendit, arripuit. Aph. repetiit, reduxit, eripuit, liberavit. XIX, 17.

ܣܟܠ stultus, impius (in sp. de haeret.). II, 2. XIII, 6.

ܣܟܪ clausit, conclusit, obstruxit. II, 5. XVI, 49. (fontem).

ܣܠ rejecit, reprobavit, sprevit. Aph. id. II, 3. VI, 8.

ܐܣܩ adscendit, conscendit. XVI, 31. foeditas adscendit in (ܒ) corpus i. e. inhaesit, insedit corpori. ibid. 33.

ܐܣܝ, ܐܣܘܬܐ medicina, pharmacum. V, 115. XI, 1. ܣ ܡ ܘ ܬ ܐ venenum mortiferum. XVIII, 22. pl. ܐܣܝܐ pharmaca, aromata, — colores. X, 4. et saep. rationales colores, quibus efficitur descriptio, adumbratio v. c. ibid. 14. XII, 10.

ܐܣܪ nixus, innixus est. — appulit, appropinquavit. XIII, 3. XIX, 1. Pa. fulfit, sustentavit (part.). VIII, 6.

ܐܣܬܐ accubitus, convivium. VI, 8.

ܣܟܠ sinistra pars. XVIII, 11.

ܐܒܝ, ܒܝܫ, femin. ܒܝܫܬ odiosus, inhonestus, turpis, deformis. V. XVIII, 7. XIX, 9. (pl. ܒܝܫܐ).

ܒܣܝ (adj. part. v. ܒܣܐ indiguit), indigens, egenus. XII, 10. — inhians, cupidus. IV, 8.

ܒܣܝܘܬܐ egestas, indigentia, necessitas. XII, 11.

ܒܣܟ capillus. XV, 41.

ܒܣܠ nauta, gubernator. XIII, 4.

ܒܣܐ suffecit, sufficiens fuit, potuit, valuit. V, 103. X, 9. 10. 15. XII, 5. (ܠ par fuit ei). XIV, 16. XVII, 17. Pa. et Aph. evacuavit (propr. capacem = vacuum fecit). Ethaph. evacuatus est. XIII, 5.

ܣܦܪ, ܣܦܪܐ legisperitus, γραμματεύς. IV, 10. XVIII, 21. (ubi distinguitur a ܩܪܝܐ) lector. V.

ܣܦܪ, ܣܦܪܐ liber, scriptum. XVIII, 16.

ܣܦܬ, plur. ܣܦܘܬܐ labia, ora. XVI, 22, 42.

ܣܗܕܘܬܐ, ܐ̈ ܣܗܕܘܬ testimonium, testificatio. XVII, 4.

ܣܓܝ multitudo, magnitudo, abundantia. XV, 59.

(ܣܡܪ) ܣܡܪ finivit, determinavit, continuit. XIII, 5. (cf. Ephr. T. II. 448. sup. 471. inf. 555. med.) Ethpa. part. finitus, limitibus circumscriptus. I, 23.

ܣܥܕܐ f. ramus. IV, 7.

(ܣܥܡ) ܣܥܡ posuit, constituit. VII, 6. XV, 34. XVII, 1. 5. (ܥܕ ܒ subjecit) statuit, affirmavit. XVII, 7. ܐ̈ ܒ manum imposuit, ordinavit. XVIII, 19. Aph. id. ib. 18.

ܣܥܘܕܐ fultura, sustentatio, adminiculum. XVI, 18.

ܣܥܒܕܐ opus, factum, negotium. IV, 9. XV, 56. XVI, 17.

ܣܥܦܐ haustus, halitus, respiratio (ܥܦܐ respirare). XVII, 6.

ܣܥܛ lavit, abluit, abluit se. V, 85.

ܣܥܩ dejecit, subvertit, destruxit. II, 2. 4.

ܣܥܛܐ lavacrum. XVI, 33.

ܣܦܐ declinavit, deflexit. XVIII, 2.

ܣܓܐ polluit, vitiavit. adj. partic. ܡܓܝܐ, ܡܓܝܢܐ pollutus, impurus. X, 7.

ܣܥܬܩܐ senectus. VIII, 5. (r. ܥܬܩ).

ܣܥܛܘܪܐ aerarium, thesaurus. pl. XII, 11. XVI, 22. 34.

ܣܥܛ lutum, coenum, quisquiliae. III, 14. V, 81. XV, 32. 34. XVIII, 16. tabus. IX, 4.

ܣܥܬܐ (ξίφος), gladius, sicca, culter. XI, 11.

ܣܦ, ܣܦܐ finis, terminus, coronis. XIX, 4. ܐ̈ ܠ infinitus, immensus, investigabilis. XI, 5. ܟܠ ܡܢ ܣܦܗ omnem a termino suo = omnem omnino. XVIII, 22.

ܣܦܐ spectavit, expectavit. XVI, 9.

ܣܟܠ insanivit, desipuit, *in spec.* de irreligiosis, improbis et haereticis. I, 3.

ܛܠܝܐ ovis. III, 6. plur. ܛܠܐ. V, 57.

ܛܥ adhaesit, adjunctus est. Ethpa. id. XIX, 9.

ܛܥ fixit, tetendit. XV, 36. signavit, signum impressit. XVIII, 9.

ܛܥ spiravit. XVIII, 16.

ܛܥ osculatus est. XV, 19. (imp.)

ܝܗܒ fut. ܢܗܒ dabit.

ש.

ܫܚ senuit, consenuit. Aph. id.

ܫܛܐ argentum. XV, 45. 54.

ܫܝܚܐ senex, senior. X, 52. adj. vetulus, a. XIII, 2.

ܫܝܚ densus, frequens, plenus, *assiduus*. II, 10.

ܫܟܥ fixit, infixit, invasit c. c. ב. XI, 6. (cf. Ephr. T. II. p. 440. 450.)

ܫܛܐ portavit, bajulavit. XV, 37.

ܫܛܢ opinatus est, cogitavit, existimavit. XI, 4. XVII, 3. Ethpa. existimatus, habitus, visus est. XIX, 9.

ܫܛܢܐ spes. XVIII, 18.

ܫܓܐ et ܫܓܝ multus fuit, crevit. XII, 10. XIII, 3. Aph. auxit, magnificavit, largitus est. I, 24. (imp.) V, 113. XVII, 3.

ܫܓܝ multus, copiosus, magnus. *adv.* multum, valde. I, 15. i. q. ܠܛ 14.

ܫܪܐ ordo, series, coetus, cohors. pl. XVI, 45. XVIII, 13.

ܫܪܛ segregavit et se segregavit. XVIII, 11. Pa. ibid. segregavit.

ܫܬܘ testatus est. II, 1. IV, 6. 9. XIII, 5. (pro: ל)

ܕܚܝ, ܕܚܝܐ verecundus, castus, sanctus. XIII, 1. fem. ܕܚܝܬܐ. XV, 61.

ܕܚܝܘܬܐ verecundia, castitas, innocentia. XIII, 1. XVI, 11. 27. 48.

ܕܚܐ alienavit, elongavit, abjecit, rejecit. XIX, 6. Ethpa. alienus factus est (alicui rei ܠ) i. e. caruit. XVI, 33.

ܕܚܐ momordit. XVIII, 3. (impropr. dictis) XVI, 41. coll. Gal. 5, 15.

